



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciae**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Helvetica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



HELVETICA.  
IN COENOBIO CUNGSFEL-  
DEN, A EFFIGIEM LEOPOLDI  
ARCHIDUCIS AUSTRIÆ.

**D**ies ist die abcontrafeitung Herzog Leopolds  
von Osterreich/ der zu Sempach mit diser si-  
ner Ritterschafft/ Adel vnd Rächten erschla-  
gen ist worden/ vñ dem sinen/ in dem sinen/  
vnd vmb das sin/ vñ S. Cyrillen tag im dryzehen hun-  
dert vnd 80. jar.

MONUMENTUM CAROLI CRASSI

*Regis Suevia, pronepotis Caroli Magni:*

*In choro.*

Carolus Crassus Rex Sueviæ, pronepos Caroli Magni,  
Italiam potenter intravit, eamq; devicit: imperiumq; Ro-  
manum, ubi Cæsar coronatus, obtinuit; ac mortuo fratre  
suo Ludovico, universam Germaniam & Galliam jure  
hæreditario acquisivit. Demum animo, mente & corpore  
deficiens, ab imperio, sanè magno cum fortunæ ludibrio,  
dejectus, à suis omnibus postpositus, humili hoc in loco  
sepultus jacet. Obiit anno Domini 888. Idib. Jan. in cuius  
memoriam Christophorus Dei gratia Episcopus Con-  
stantiensis, Augiæque majoris dominus, monumentum  
istud de novo restaurari & refici curavit.

SAXO SUB QUO CONDITUR HÆC  
incisa leguntur:

*Pannonas & Cimbros diverso Marte subegit*

*Carolus à crasso corpore nomen habens.*

*Sed bene quas juvenis regni tractarat habenas,*

*His iterum senior dispoliatus, obit.*

## A L I U D.

Reverendissimus in Christo pater ac Dominus, Dominus Joannes á Veza ab Archiepiscopatu Lundensi in Dania, & ejusdem suffraganeatu Roschildensi exulans episcopus, in gratiam Romanorum Imperatoris Caroli, nec non regis Ferdinandi in Episcopum Constantiensem postulatus, repentina morte, tredecimo Junii, Anno á nato Sal. MD XLVIII. præventus, sub hoc saxo sonum tæbæ expectat.



## MURATHI.

D. O. M.

Caroli inclyti & fortissimi Ducis Burgundiæ exercitus Murathum obsidens, ab Helvetiis cæsus hoc sui monumentum reliquit. Anno M. CCCC. LXXVI.

Diß gebein ist der Burgundischen schar/  
Im vierzehnden hundert sibenzig vnd sechsten jar/  
Vor Murzen durch ein Endgnoschaft  
Erlegt mit beystand Gottes kraft/  
Vf der zehen tausent Rittern tag  
Geschach dise grosse niderlag.



## SOLODURI.

IN Celtis nihil est Soloduro antiquius, unis  
Exceptis Treviris, quorum ego dicta soror.

Kein elterer platz in Gallien ist/  
Dain Solothurn in diser frist.  
Vßgenommen Trier allein/  
Drumb nent man sie Schwestern gemein.  
Diser Turm gebawt ward vngesfahr  
Vor Christi geburt fünfthhalb hundert jar.

BER-



## BERNAE.

**M**usculus hic situs est doctrina clarus, & ingens  
 Nomen in orbe manet, spiritus astra tenet.

Obiit in Domino 3. Cal. Septemb. Anno Christi 1553.  
 Ætat. suæ 66.

## ALIUD.

Felici memoriæ Blasii Marcuardi, doctiss. Theologi &  
 Philosophi, & quod maximum est, optimi viri: qui in ipsa  
 ætatis suæ ætate, dum patria & amici auctiorem ab ipso  
 messes sperabant, in cælum commigravit: Joannes Ser-  
 ranus, amicus amico mœrens posuit.



## IN BONAVALLE

## HELVETIÆ.

**Q**uæti æternæ: Vergiliæ Heliodoræ feminæ incompa-  
 rabili Actius Licinianus conjugii erga se omni karita-  
 te benemerentissimæ P. & S.



## BASILEAE.

## IN CURIA.

AD STATUAM L. MUNACII PLANCI.

HONORI ET VIRTUTI.

**L.** Munatii P. F. L. N. L. Pron. Plancus coss. cens. Imp.  
 ter v i i vir. Epulonū, qui triumph. ex Rhætis, ædem  
 Saturni F. ex manubus agros divisit in Italia Benevent.

Ec

In Galliam Colonias ded. Lugdunum & Rauricum: civitas Basiliensis, ex bellicosiss. gente Alemannorum in Rauricorum fines transducta, simulacrum ex senatus auct. dicandum statuendumq; curavit. Anno sal. humanæ 80.

## CHRISTO SER. S.

Def. Erasmo Roterodamo, viro omnibus modis maximo, cujus incomparabilem in omni disciplinarū genere eruditionem, pari conjunctam prudentia posteri admirabuntur & prædicabunt: Bonifacius Amerbachius, Hieronymus Frobenius, Nicolaus Episcopi hæredes, & nuncupati postremæ suæ voluntatis vindices, patrono optimo, non memoriæ, quam immortalem sibi editis lucubrationibus comparavit, iis, tantisper dum orbis terrarum stabit, superfuturo, ac eruditus ubique gentium collocuturo; sed corporis mortalis, quò reconditum sit, ergo, hoc saxum P.P.P. Mortuus est 4. Id Julii, jam septuagenarius. Anno à Christo nato M. D. XXXVI.

*In saxo, quo sepulchrum integitur, est Termini facies basi quadrata, cum his verbis:*

Def. Erasmus Roterodamum amici sub hoc saxo condebant, quarto Eid. Julias, anno 1536.

## IN CIRCUITU TEMPLI.

## DEO OPT. MAX. ET CHRISTO SERVATORI.

Dn. Jacobum Mejerum hujus inclytæ urbis consulem prudentissimum, consultissimumq; pietatis sanæ cultorem, ac promotorem primarium: omnis honestatis, quod in ipso fuit, instauratorem diligentissimum, lapis subjectus contegit.

## IBIDEM.

Dn. Jo. OEcoulampadius, professione Theologus, trium linguarum peritiss. auctor Evangelicæ doctrinæ in hac urbe primus; & templi hujus verus Episcopus; ut doctrina, sic vitæ sanctimonia pollentissimus, sub breve saxum hoc reconditus jacet.

IBI.

## IBIDEM AD DEXTRAM.

Dn. Simoni Grynæo, almæ hujus Academiae Rectori,  
& laude & memoria sempiterna, ob linguarum Latinæ,  
Græcæ & Ebraicæ peritiam, omnisq; Philosophiæ ad mi-  
raculum usque cognitionem, ob Theologiæ veræ scien-  
tiam & usum, digno, monumētum hoc dicatum est. An-  
no salutis M. D. XXXXII.

*De trium proximè precedentium monumentis*

*So eh/ gut/ kunst/ hülfsen in not/  
Wer keiner von disen dreyen tod.*

JOAN. OPORINUS VIR OPT. ET DOCTIS-  
*simus uxori suæ tertio tale monumentum  
meditabatur.*

GAMOLYÆO.

Elisabethæ Holtzachiæ Eucharii Med. clariss. F. uxori  
XII. venustiss. pudiciss. sanctiss. Joan. Oporinus feliciter in-  
felicis, suæ senectæ portui, decori, solatio. Quod sibi ab illa  
fieri desid. opt. oportuerat, multis cum lacrymis F. C. Vi-  
xit ann. XXXI. ex iis XI. cum Jo. Hervagio jun. typogr.  
sine bile; cum Oporino menses eheu vixit IV. Obiit anno  
salutis M. D. LXV. XVI. Cal. Aug. cum Christo æternum  
victura.

AD EFFIGIEM ARIONIS IN-  
sistentis delphino.

*Vicerat insanos fluctus vocalis Arion,*

*Et portu in medio naufragium patitur.*

*Quid superest misero? calum mihi portus, & aura  
Christus, quoq; vehar mors mihi delphis erit.*

IPSIUS OPORINI MONUMENTUM.

ÆTERNITATI.

Joannes Oporinus Bas. Typographus, doctus, opero-  
sus, elegans libris innumeris, virtutum hærede ex IV. con-  
juge unico relicto. pub. lachrymis, privata pietate sexage-  
nario major, heic conditur.

Es ij

*Frugifer autumnus perit Dis notus & orbi.  
Orthion elapsus nautis meditatur Arion.*

## I T E M.

*Quantula sint hominum corpuscula, disce viator.  
Magnus Oporinus conditur hoc tumulo.*

## D. O. M.

Gulielmo Gratarolo Bergomensî, artium ac medicinarum  
Doctore, medicique; filio, in medicorum Basil. collegii con-  
optato, ob relig. exuli, conjugii cariss. Barbara Nicotia F. C.  
Obiit æt. suæ an. 52. Christi 1568. d. 16. Apr.

## I N S U M M O T E M P L O.

Janua vitæ. D. Ser. So. Sa. S. Cæl. Secundus Curio Au-  
gustino F. dulciss. sanctissimoque; , polyhistori ac facundo  
Basil. scholæ rhetori: cujus corpus hæc cum III. sororibus  
lectiss. jacet: spiritus cum Christo; nomen immortalibus  
scriptis vivit in terris. socio & hærede studiorum orbatus  
dum reviviscit, P. Vix. ann. 28. Ob. an. Dn. 1567. d. 24. Oc-  
tobris.

*Hujus ad exemplum juvenes florentibus annis  
Vivere ritè Deo discite, ritè mori.*

## A L I U D.

Angelæ, Cæliæ, Felici, puellis nobiliss. castiss. que. Quo-  
rum ingenium, candor, industria, pudor, pietas, morum  
elegantia, & sanctitas grata Deo, multis nota, probata bo-  
nis, parentibus jucunda fuerunt: Cælius secundus Curio  
pater; & Margarita Isacia mater, Itali, tribus filiabus præ-  
stantiss. dulciss. cariss. que. Ut earum quod mortale fuit, in  
beatæ reparationis spem conderetur: hoc monumentum  
PP. Migrarunt ad Deum in max. hujus urbis pestilentia.  
Mense Aug. an. S. H. 1564.

*Vivit ut exigua lucens in lampade flamma:  
Sic nos æternum vivimus ante Deum.  
Surgemus viva. lachrymas cohibete parentes,  
Dum tuba supremum fuderit alma sonum.*

A L I U D.

## ALIUD.

D.O.M.S. Hieronymo Frobenio, Joan. F. typographo clariss. Inter initia fœd. Helvetii Basileæ nato; Sinceræ relig. & æquitatis observantiss. De rep. liter. optumis autoribus emendatè atq; elegant. edendis præclarè merito: humanitate ac beneficentia domi forisq; omnibus caro. In acerbiss. ac diuturnis stomachi cruciatibus, quibus & extinctus est, supra fidem ad extremum usq; patientiss. M.S. ergó Ambrosius & Aurelius filii, parenti longè cariss. H. M. PP. B. ann. 61. m. 7. d. 7. ☉. An. Christi Servatoris 1563. 3. Eid. Mart.

## ALIUD.

Conditus est sub hoc saxo Michaël Ifyngrinus, vir pietate, virtute, atq; doctrina eximius: inter principes typographos Basilienses non postremus. Qui ante diem cum summo omnium bonorum luctu in Domino obdormivit, die III. Martii. An. sal. nostræ 1557.

*Huic tu qui transis pacem requiemq; precare:  
Ac, vitæ numerans tempora, disce mori.*

## ALIUD.

## JOVÆ OPT. MAX. S.

Seb. Castalioni Allobrogi, Græcarum litt. in Academia Bas. Professori celeb. Ob multivariam eruditionem, & vitæ innocentiam, doctis piisq; viris percharo: præceptor opt. ac fideliss. Stanislaus Stanzechovuski, Joannes Ostrog, & Georg. Niemsla Poloni, ut & popp. suorū, qui eum audierant, voto, & private pietati satisfacerent: ad pub. luctus sol. H. M. B. M. P. Obdormivit in Domino an. Christi sal. 1563. 4. K. I. Jan. æt. suæ 48.

## AD MARTINI.

Nicolaus Irmus, Sen. Bas. belli pacisq; artibus clarus: Helvetiorum, sub Henrico II. Galliarum rege ex fœd. archistrategus. Cùm & fidem suam sociis, & fortitud. hosti-

Ee ij

bus rerum gerendarum gloriâ probasset: armis invictus, morbo tandem extinctus est. Et patriæ quidem ingenii sui desid. exemplar virtutum civibus. Lib. denique mœstiff. extremæ pietatis argumentum reliquit. An. Christi 1552. 16. Kl. Apr. æt. suæ 44.

## A L I U D.

Heredes lectori S. An. 1563. Junii 21. obiit in Christo salvat. nostro, nobilis & clariff. vir Paulus Hœchstetter J. C. cujus memoriam amici; cadaver hoc sepulchrum; D. O. M. animam habent. æt. an. 39.

## C. S.

Simon Sulcerus Theologus ædis hujusce an. xxxiii. verus vigilansq; antistes, utraque manu vineam Domini sui excoluit; scholam Theologicam erexit atq; rexit: fida docendi assiduitate suspiciendus: vitæ sanctimonia & probis moribus imitandus. Vixit annos LXXVII. O. Ann. sal. c l o l o xxcv. xii. Junii.

## A L I U D.

## S I S T E V I A T O R, E T

Christophoro á Collen, patri octogenario, pro pietate tua condolet. Sic oris & moris probi heic cõditur Eugenius, è nobili Coloniorum gente apud Megalopyrgentes oriundus, spes patriæ, columen familiæ, juventutis exemplar, dum Rheno per æstum recreatur, vortice abreptus, in ipso ætatis flore, in medio studiorum cursu, pro Italia, quam cogitabat, cælû adit. c l o l o xxcvii. xvi. Aug.

## A L I U D.

Hospes have & disce. Nõ Cælius heic, sed Cælii σὺμα, imó σῆμα. Spiritum Christus habet. Cætera, nomen veteræ pietatis, humanitatis, singularis eruditionis, prudentiæ, insignisq; constantiæ, quom σὺμα in שׁבֵרִי tunc veré erit CÆLIUS SECUNDUS CURIO. Hospes, si didicisti, vale. Reliquit terram ætat. suæ ann. LXXVIII. Sal. c l o l o Lxix. ad viii. Kl. Decemb.

A L I U D.

ALIUD.  
TRINUNO S.

Theodorus Zvvingerus Basiliensis, cūm ex Philo-  
phia tenebras; ex arte medica humanas miseras depre-  
hendisset; summi boni cognoscendi potiundique deside-  
rio accensus, Christiano philosopho dignā mortis com-  
mendationem instituit, vivensque mortuus est, ut mor-  
tuus viveret. B. annos 54. mens. 7. d. 8. ☉. Anno Christi  
c l o l o x i i c. 6. Idus Martii.

*Alma fides abiit, spes indubitata recessit.  
Perfruo, intueor, solus Amor remanet.*

ALIUD.  
LUMINUM DATORIS.

Non Hermes hic Trismegistus, sed acutus Philoso-  
phus, elegans medicus, sincerus Theologus, Heidelber-  
gensis Academiae columen, Basiliensis lumen, cui nutri-  
tia sua liberal. rependit, doctis piisque amabilis, & quod ad  
patriae splendorem faciat, Helvetius Aquensis, Thomas  
Erastus, conditur sexagenarius. Anno c l o l o x x c i i i.  
prid. Cal. Januar.

HYGIÆ ÆT.

Adamus á Bodenstein, Theophrasti Paracelsi, ut pri-  
mus, sic fidus scitusque, & opere & ore, interpres, palmam  
victoriae suae Regi triumphanti oblaturus, mortalitatis  
exuvias nec metuens, nec optans, solo hoc, caeloque libero,  
homo liber, fide deposuit bona. Quas spe bona iterum re-  
petet. An. sal. c l o l o l x x v i i. ætatis hebdomade se-  
ptima.

*Nec omnia, nec omnes mihi  
Placere; quinam ego omnibus?  
Non omnibus Cōs senex,  
Non Eremita Spagirus,  
Num tu viator omnibus?  
Deo placere cura, abei.*

Ee iiij

## JANO FROBENIO.

*Arida Joannis tegit hic lapis ossa Frobeni,  
Orbe viret toto nescia fama mori,  
Moribus hanc niveis meruit studiisq; juvandis,  
Qua nunc mœsta jacent, orba parente suo.  
Rettulit, ornavit, veterum monumenta solorum,  
Arte, manu, curis, ære, favore, fide.  
Huic vitam in calis date numina justa perennem,  
Per nos in terris fama perennis erit.*

An. cld lo xxvii. Mense Octobri.

## A L I U D.

Francisci Hotomanni J. C. mortales exuvias, tantisper  
asservandas, dum Christo jubente immortales exurgant,  
amici sub hoc saxo deposuere. Loco honoris ergo ab ædis  
curatorib. liberaliter concessio. Vixit an. 63. mens. 5. d. 20.  
Obiit prid. eid. Febr. an. cld lo xc.

*Gallia progeniuit, servat Basilea sepultum.  
Interitus expers nomen ubiq; viget.*

## Æ T E R N I T A T I.

Dn. Demolino Rochefortio Blesati, Gallo, qui urbis  
hujus liter. secessum aulico splendori lubens anteposuit,  
vitæq; satur æt. an. lxxvii. x. Mart. spiritū virtute ac eru-  
ditione nobilem misericordie patri, reliquias corpusculi  
magnæ matri redd. Theodor. ZVINGERUS EXTR.  
HOCCE, non mutuū, amoris mutui munus, B. M. P.  
cld lo xxxii.

## D. O. M. S.

Violanthi Curionæ C. S. C. Itali F. conjugii sanctiss. &  
cariss. ob singularem probitatem, industriam, candorem,  
fidem, amorem, admirabilem in longiss. & graviss. mor-  
bo constantiam, patientiam, pietatē incomparabili: Hie-  
ronymus Zanchius Italus optimè merenti mœstiss. F.

Tertio puerperio eoq; infausto ad Christum Jesum,  
quem sincera coluit religione, cupidiss. cōcessit: cum quo  
vixit

vivit beata, illum expectans diem, quo suo corpori reddita integra immortalitate fruetur.

Anno sal. M. D. LVI. XIII. Novemb. æt. suæ an. XXII.

*Piet. vir. & honori D.*

Angelæ Curionæ, nobili & generosæ puellæ, cujus divino ingenio atq; industriæ nihil difficile unquam est visum, quod ingenuam pudicamq; puellam deceret: quæ Italicè, Germanicè, Gallicè venustè loquebatur: Latinè non ignara: omnis elegantia decoriq; studiosa: candore animi, virginali verecundia, religione in Deum, pietate erga parentes, caritate in fratres sororesque, comitate in omnes insigni fuit: Cæl. Secundus Curio pater, & Margarita Isacia mater, Itali, in beatæ reparationis spem filia dulciss. ac præstantiss. PP.

Pestilentia ardore triduo consumpta, ad Christum Jesum mira alacritate migravit, ætat. suæ anno XV III. Sal. hum. M. D. L XIV. IV. non. Aug.

*Piet. virt. honori D.*

Angelæ, Cæliæ, Felici puellis nobiliss. quarum ingenium, candor, industria, pietas, pudor, morum elegantia & sanctitas grata Deo, multis nota, probata bonis, parentibus jucunda fuerunt:

Cælius Secundus Curio pater, & Margarita Isacia mater, trib. animulis præstantiss. dulciss. q; ut earum quod mortale fuit in beatæ reparationis spem conderetur, hoc monumentum F. C.

Migrarunt ex hac colluvione piè atq; alacriter, in maxima hujusce urbis pestil. mense Aug. An. sal. M. D. L XIV. æt. singularum an. XV III. XVII. XVI.

*Deo imm. & V. S.*

Hic situs est Horatius Curio, CÆL. Sec. F. Phil. & Medic. laurea ann. ætat. suæ XX. Pisis donatus: cujus ingenium, prudentiam & fidem admirati Reges, ejus opera in max. negotiis sunt usi. nam Ferdinando, ejusque F. Maximil.

Augustis cognitus, ad intima consilia adhibitus est: gravissimisque de rebus, pro Christ. Repub. Byzantium missus, in ipso munere excessit e vita, magno sui desiderio, non parentibus modo mœstiss. propinquis & amicis, verum etiam ipsi Cæsari, aliisque quibus fuit notus, relicto.  
An. ætat. suæ ferè xxx. xv. Feb. Hum. sal. clō lō lxxiv.  
Maximil. Cæs. jussu amici F. C.

## JANUA VITÆ.

DEO SER. SO. SAP. S.

Cæl. Secundus Curio, Augustino filio dulciss. sanctiss. que Polyhistori, ac facundo Basil. scholæ Rhetori: cuius corpus heic cum III. sororib. lectiss. jacet: spiritus cum Christo, nomen immortalib. scriptis vivit in terris: socio & hærede studiorū orbatus, dum reviviscit, P. Vixit ann. xxix. Obiit an. Dom. clō lō lxxvii. die xxiv. Octob.

## CHRISTO S.

Augustino Curioni Bas. scholæ Rhetori,  
Qui honestiss. pietatis & erud. certamine suscepto,  
In ipso ætatis flore morte vinci,  
Quam patrem vincere maluit,  
Veritatis & virtutis cultori Max.  
Saracenicōn scriptori,  
Hieroglyphicōn auctori,  
Americæ illustratori,  
Italiæ interpreti,  
Theod. Zyving. ob stud. morumq; eleg.  
Collegæ & amico piis  
cum lacr.

P.

M. L. LXXVII.

*Augustinus eras in terris exul oberrans,  
Nunc Augustinus eris calo susceptus arvo.*

BOHE-